



RUCTUS ET FLATUS.

646. Ructus pro causa habet elasticam, calore, effervescentia, fermentatione, dilatabilem materiem, quae uno momento coeretur, altero, laxato clauso coercente, exploditur cum sono, & impetu.

647. Hinc aer, sales oppositi, fructus horaei, humores putrescentes, vegetalia fermentantia dant ructui, & flatibus materiem, cuius impetus, foetorque pro varietate ejus indolis varius est.

648. Nec tamen omnia haec (647), si libere exhalare queant, ullum dabunt impetum; unde liquet, spasmos sphincteris oesophagai, oesophagi, oris superioris & inferioris ventriculi, atque intestinalium semper concurrere simul, iterumque laxari; inde ructus, flatus, crepitus, borborygmi clausi.

649. Si concurrant hae duae causae simul (647. 648.), valide agunt & diu persistant; tum elistica materies calore, motu, propria vi, excitata in dilatationem, constricta in cavo, cuius fibrae convulsione constrictae, membranas claudentes dilatant, tendit, dolere facit, vicina comprimit, unde dolores, anxietatesque oriuntur intoleranter.

tolerabiles, mox ad emissos flatus cessantes. Vid. (220. ad 227. & 631. 634.) Ad haec autem vis febris accedens inexplicabilia certe tormenta facit.

650. Curatio hujus mali fit 1. auferendo materiem (647.) per diluentia; calida aquosa leviter aromatica dissipantia; salivum aequilibrium tollentia in requisitum praeponditum; putredinem corrigentia; fermentationem sedantia. 2. Convulsiones sedantia; lenientia acrum, compescentia spiritus, hoc revocanda. Quorum princeps opium, & lenia antihysterica. 3. Clysmatibus, fomentis, epithematisbus, calidis laxantibus, anodynisi, leniter aromaticis, ut & cucurbitis, sine scarificatu abdomini impositis.

651. Ex his ipsis (646. ad 651.) respondeatur ad haec, aliter obscura, quaesita: qui cibi, potus, venena, medicamenta flatulenta sint? Cur vacuis visceribus primis accidentunt? Cur vulneratis? Cur arcte constricto abdome? Cur hypochondriacis, hysterics, convulsis, colicisque accidentunt?

VOMITUS FEBRILIS.

652. Vomitus, expulsio violenta contentorum ventriculo primo,
K dein